M. D. Ludovica Bogustawska Tertij
P. M. D. Dominicus Bielski Tertij
P. M. D. Steva Binirska Venatrix Bigdoy Tertij
M. D. Marianna Dedochowska
P. M. D. Marianna Jansiewiczowa Venatrix Salyer Tert.

Cum vero inter turbulentissimos Regnum &
Respublica Nostra versetur armorum strepitus, quorum
horror Universam percellit Gentem, replet undequaque An-
ctos terribus, ac per incundam absorbet tranquillitatem:
in tanto rerum instissimarum statu comperti, placabilem
Nobis, Gentiq. Nostra conemur reddere Deum, forsitan
iratus iniquitatibus Nostris efflavet justissimi furoris sui pla-
gas, ad quas avertendas Minimitat exemplo in cinere et Cili-
cio, in spiritu humilitatis et animo contrito penitentiam aga-
mus, insistentes ferventissimis orationibus, lacrymis et holoca-
ustis, ut pro infinita sua misericordia a toto hocce Regno,
et populo auferat indignationem, afflictis levamen admo-
veat, perclitibus eius miseretur, desiderabilemque amentis
ma Nostra Patria omnibus eius incolis et nobis restituat
pacem. Similiter quoque pro S. Romana Ecclesia
necessitatibus, eius visibili Capite feliciter regnante Pio VI. pro
Christianorum Principibus Concordia, pro Serenissimo Re-
ge Stanislaw Augusto, Regni istius Praecibus in iura
cordium, et animorum unione, pro in desepo pro clara No-
bilitate publica, communisq. boni zelo, pro Ecclesiastici &
totius Seraphici Ordinis integritate, ac pro spernimo pro
vincis Nostrae successu, nec non pro Benefactoribus Nostris
indigentibus, per largas elemosynas subvenientibus
crebras ad Deum fundere preces non negligite. Neq. etiam
rum et Nostris obliviscimini, sed quem admodum Pro in
omnibus sacrificiis, et obsecrationibus memores vestri-
mus, ita et Vos piissimis orationibus et suspiriis vestris
nos Deo incessanter commendate

Valete favorem in Dno. Presentesq. litteras No-
stras ad Canonicam Mensam legendas sibi Archidiacono
rendas, et via Cursum a tergo signata de conventu ad Con-
ventum transmittendas, in charitate recipite. Deditur
in conventu nostro Custodiali Lastaviensi ad S. Mi-
chaelum Archangelum Die 10 Mensis Junii 1792.

(S.) Anno. Fr. Symphonianus Salamusiensis
De mandato A. P. Fr. Thadeus Kuniecki Ministrus
P. J. Ad. Sorius Procurator

Fr Symphonianus Razmusiewicz
 Ordinis M^o S^o P^o Francisci Regularis Ob^o
 S^oncie Russiae S^o M^o M^o H^o Immaculatae Conceptionis
 Lector Jubilatus

Minister Provincialis
 In Domino Servus

Dilectis nobis in Christo Adm^o P^odis, P^odis Adm^o
 Multumq^{ue} V^octis Ceteriq^{ue} Patribus ac Fratibus huius
 Almae P^oncie Alumnis ac Filiis Nostra jurisdictione
 subiectis salutem omnimodam et Seraphicam
 Benedictionem

Quo sunt quae vobis Patres ac Fratres in Christo
 Jesu dilectissimi, per presentes Encyclicas easq^{ue} iam
 ultimas exponenda in animum induimus. Primum bina
 Ed^omi Patris Joachimi a Company Ministri G^olis
 Totius Ordinis M^ont^o occurrunt Epistola mediante
 Rev^olmo Patre Bonaventura a Placentia Comissa
 no G^oli Cismontana Nostra Familia transmissa qua
 sum una denunciat electionem C^oisdem Ed^omi Patris
 Ministri G^olis Ordinis, et pro utraq^{ue} Familia Definito
 ri G^olis factam per breve Apostolicum interpositum
 allicutioni Eminentissimi Ed^omi D^oni Cardinalis
 Ordinis Nostr^o Protectoris Clementissimi. Secundo conti
 net instructiones singulari erga suum gregem sollicitudi
 ne, amore et Seraphico zelo plenas allicientes et cohortan
 tes Nos, et S^o Regulae et Legum Ordinis observantiam
 Tunc quoq^{ue} Scorsim ab Ep^omet Ed^omo Patre G^oli
 Cismontana Familia cui includimus, accipimus litte
 ras quibus et suam ^{nobis} notificat electionem & adequata ad
 perfectionem Religiosam sectandam subministrat inci
 taamenta atq^{ue} pervenit dein ad Nos Breve Ap^olicu^m seu
 Decretum non admitendis Fratribus laicis ad Profes
 sionem, nisi prius per quoddam tempus probati fu
 erunt in habitu Tertiarior^{um}. Haec itaq^{ue} singula non absq^{ue}
 Animi Nostr^o letitia vobis communicantes non dubita
 mus, ea minime necessaria in singulare unius cuius
 sumq^{ue} Vestri solatium et spiritualem profectum
 Allezum

Alterum propositum vestri intentum est ut appro-
ximante Hyemalis Ministerii et Regiminis vestri esi-
tu prosperissimi Cordis et Fraternali charitatis ardentis-
simum studium in ultimum vale Vobis declaramus
prope sperandum ad nostram istam Provinciam Adm-
o. Nostri Comparum Definitoris vobis adventum cate-
rare munus nostrum Spectantia significamus, quae an-
tequam suo loco perficiemus pro eas, sit ita ut sequitur
in tenore tali

Petr. Bonaventura a Placentia
Lector Emeritus in Universitate Casene Physi-
ces Experimentalis Junius Pontifici publicus
Professor et Doctor A. Officii ejusdem Civita-
tis Consultor totiusq. Ultramontanae Familiae
S. P. Nostri Francisci Comparum Generalis
Visitator et Reformator Aptus & in-
Dno Servus.

Hae litterae exemplaribus ^{quod} hodierna die ad vos
et ejus nomine mittimus Patres ac Fratres in Domi-
no Karissimi sui in Generalem Universi Sera-
phici Ordinis Ministerium Nostri in huius Ultramontanae
Familiae Comparum Totiusq. Definitori vobis ele-
ctionem Adm-^o Pater Joachim Company Vobis
annuntiat Casimira sane egregii Viri virtutes peula-
risq. animi dotes, quibus post tot munia in ejus Pro-
vincia praedare gesta ad Generalem Ultramontanae
Familiae suae Comparum assumptus fuit vel ante
factum Adm-^o Patris Paschalis a Varisio Bone-
memoriae Viri quem honoris gratia nominamus jam
Circumvolutus per totam quae late patet Ultramontanam No-
stram Familiam fama evulgaverat ut vix eivis su-
premo Ordinis Moderatore sublato Patres huius Di-
cretorii vobis cuius et Nostri pars minima eramus,
haud potuerint quae minus illum totius Ordinis Pasto-
rem sibi dari maxime exoptarent & vellent. Sic
enim noverat; quod quidem ipsis unice cura erat,
ipsum proa vobis Reipublica Nostre Praefectura di-
gnissimum esse noverant, hae spectatissimi Viri electu-
nem omnem, sive desiderii, sive quaevis occasionem omni-
no tolli. Noverant Ordini Supremo viduato Pastore ma-
ximam illis afferi utilitatem. Noverat inter Ultram-
ontanam scilicet ac Ultramontanam, pacis
ac uni

ae unittis vinculum magis, magisq Custodi. Noverant-
quid vero non noberant, si eis in ministru pler
daretur. Admus R. Joachim Company, doctrina, pieta
tate zelo caritate, morum, Summa in rebus agendis de
stante, prudentia aequitate, ceteraq Virtutum laude cele
bratissimus

Hec pro Corum vota Immortali Sapientissi
mog Pontifici Pio VI. per Eminentissimū ac Rēmi
Dnū Romualdum Cardinalem Braschiū, tantū Pon
tificis Nepotem Nostrū gradū amantissimum Protecto
rem, Praefati Patres Generalis Discretori humillime por
reaverunt qui pro Summa qua Nostram pauperulam Se
raphicam Religionem prosequitur benevolentia, et ea be
nigne excepit et eorum precibus clementissime annuit,
quibus Nostrū Pontifici supplicabant ut ipse Aposto
lica sua Auctoritate Ordinis Legibus hac vice derogando iis
quibus jure dignitates Gradus Generaliaq Officia debebant
exceto ac Supremam Praefecturam Admus Patri Joachi
mo Company conferre dignaretur

ua vero ratione, quavis quavis aequitate, prudentia,
Sapientiaq Summus Pontifex et votis annuit, et re
bus Nostris prospexit, tum ex Rēmi Patris Ministri
Fidei Encyclica tum ex ipsius Apostolicis litteris, quae hic
inseruntur Vobis in notescet. Quo autem zelo, qua desten
tate arduum hoc, ac per difficile negotium pertractaverit
faustumq ad exitum perduxerit pro eo, quo in Nos fertur
amore, ac studio Eminentissimus Cardinalis Gradus
Nostrū Vigilantissimus Protector, nequid ex eisdem Rēmi
ma Paternitatis huc litteris, sed vel maxime ex eius atten
tione vere dilectionis plena ab Ipso habita in hoc Nostrū
Aracalitano Conventu, antequam in perigilio Penteco
stes Apostolicū Breve Nobis proponeret apprimē com
penctis

Fr. Joachim a Company
Lector Jubilatus Catholice maiestatis in Regio
Matritensi Congregu pro Immaculata Virgini
M.A.L.F. Conceptione Theologus, totiusq Gr
dinis Fratrum Minr. S. M. Francisci
Minister Generalis, ac humilis in Dno Servus

Dilectissimis Nobis in Christo Jesu uni
versis

universis Patribus Fratribus, atq; Sororibus, tam Superioribus
qm Subditis totius Nostrae Seraphicae Religionis, ubiq; gen-
tium sub Nostra Obedientia Deo famulantibus Salutem
& plenam in spiritu & consolationem

Celestis Pater cuius providentia cuncta gubernat, altin-
gens fortiter, et disponens omnia suaviter, quippe olim per
Samuelem Prophetam ac Judicem populi sui Bethlehemitam
cum illum juvenem inter Patros sui minimum, eligere di-
gnatus est, passere Jacob et Israel hereditatem suam, novissi-
me diebus istis in venerabili consilio suo tranquillitatem Nostram
per summum Ecclesiae Universalis judicem, et Rectorem
ad Regimen totius Minoritici gregis evahere dignatus est.
Hanc ergo supremam aegislationis, ac Jesu Christi in terris
Vicarii sanctionem votis amantissimi Patres ac Fratres
Dilectissimi Encyclicis hinc litteris Nostris Notam fac-
re intendimus. Hic cum Adimus Pater Frater Paschalis
a Varisio cujus memoria in benedictione est, Seraphicum
Universum Ordine summo zelo benignitate, ac prudentia pari,
ceterisq; virtutibus, quibus in mortale sibi nomen apud
Nostrates, &que ac externos acquisivit, per tres et viginti An-
nos suscepit, ad occasum tandem devenit, qui tanquam sol
refulsit in domo Dei. Ducebat marens Seraphica Religio
innumeros pene filios fecunda Parens tanto Pastore vidua
ata, tantiq; solis orbata fulgoribus. Obvixitabiles temporum vi-
cipitudines conclusa videbantur, imo penitus inversa, atq; ob-
structa notissima illa via, quibus hactenus Seraphico Fran-
ciscianum Gregi providebatur Pastor & Rector. In his rerum
lingustis Constituti Almae Matris Primarii Filii Concilium
ingerunt, ac per Eminentissimum Dnū Romanaldum Cardinalem
Braschium de honestis qui Gubernator Protector & Rector extat
totius Fraternitatis humillimas effunderunt preces coram O-
mnium Christi fidelium Communi Patri Sanctissimo Dno Nostris
Pio VI. Ecclesiam Catholicam feliciter gubernante, ut Recto-
rem ipsis designaret charitate zelo, ac iustitia praeditum qui
Communi Religionis bono atq; felicitati prospiceret. Depletus est
consolatione superambrosiait gaudis Beatissimus Pater
dum optimos viros a terrenorum vidit ambitu liberos abho-
rorum cupiditate alienos, eorumq; Sanctissimi Patriarcha veri
imitatores effectos. Eorum quibus dignus profecto videbatur, qui
Universum Ordinem sequeret in demortui Praesulis locum
succeedens, cuius jacturam deflebat quicq; manus eius aptis-
sime impleat

Successoris Electio ex manuscripto Salutoris Ordinis
atq; utriusq; familiae communi missis innotabiliter huc usq; ser-
vato ad Patris definitonem filii Ultramontana familia de jure
spectabat

Spectabat et eorum quemlibet ceteris prolatum in spes non
 modica erigere poterat. His autem blandientibus expectatio
 nibus nihil commoti aequissimi Patres, quin potius Ordinis
 paci ac unitati prospicientes integritate, moderamine, et ju-
 stitia postens immitandum reliquerunt exemplum in mor-
 tali gloria dignum. Norunt profecto prudentissimi Viri, quae
 quantaq; bona Religioni Seraphica attulerit famigerata
 illa Bulla Unionis appellata a Fel. Record. Leone X. Ab
 1517. expedita, in qua Ministeriatus Generalis alternativa statui-
 tur. Familiam Romanam inter ac ultramontanam Com-
 muni totius Ordinis felicitati ac como datissima. Cum a-
 utem nunquam Supremam Ordinis Praefecturam ex una ex-
 venerit in alteram transire Familiam absq; Capituli Gene-
 ralis Celebratione, quae in praesentiarum utiq; difficillima
 estimatur. Cumq; Attunde ad iudicium in presenti eventu pro-
 ferendum nulla inter Ordinis Statuta inveniat expresse decisio-
 sine lex, nemo una ratio a predicti Definitori G. P. Patribus
 ea cogitari poterat nisi recursus ad Beatissimum Papam
 quippe, qui solus Potens erat Suprema sua Auctoritate
 emergentes Obices removere memoratamq; Unionis Bullam
 intactam, intactam conservare. His intento animo perpensis
 in eam deliberationem ventum est, ut Communi Omnium Patri-
 inuere se nihil aliud in votis magis habere, quam ut Nos
 in Ministerium G. P. totius Ordinis eligeret. Verum enim-
 vero et si Summus Ecclesiae Pastor ea, quae pollet, benigni-
 tate et clementia eorum vota libenter excepit, Nihilominus
 in re adeo gravi noluit ultra procedere quin prius piissimi
 aequae, ac Catholici Hispaniarum Regis Domini nostri
 Caroli V. voluntatem perspectam haberet. De qua certior fa-
 ctus, Optimeq; agnosceus Superna Providentia fieri vo-
 tis ac desideris Patrum Ordinis Regium respondere Be-
 neplacitum, nihil amplius desiderandum existimavit, quo-
 minus Ministerium G. P. totius Ordinis Fratrum Minorum
 Nos crearet

= Ad hoc Benignissimus Pater omnem solici-
 tudinem in se voluit recipere quam totus Ordo in Capitulo
 G. P. Congregatus ad electionem Officialium Generalium ad-
 hibere tenetur, iisdemq; modis de quolibet eligendo num
 optime instructus, et una quaq; Natione digniores deliquit,
 illos ad munia officiaq; responsentia assumpsit. Neque
 Universo Ordni Seraphico de officiis G. P. provisum
 est, per inde ac si Capitulum G. P. Celebratum fuisset
 Haec Sanctissimi D. N. Pii VI. eximia gratia memoran-
 dam Epocham in Minorum Ordine facit ob summam
 erga

erga Cum & supremi Cœlesie Pastoris benignitatem Damo-
nem. Ast ut nil desset ad Capituli G^lis Supplemen-
tum quoq; modo attingens Sanctitas Sua ordinavit et
jussit ut per Eminentiſſimum Dⁿⁱ Dⁿⁱ Romual-
dum Cardinalem Braschium de Honestis Brevium a Se-
cretis Ordinibus nostri munificentissimum Protectorum
in Periculis Pentecostes promulgaretur in Conventu
Ara celitano de Urbe & Apostolica Bulla tenoris qui
sequitur

Cui tamen Eminentiſſimus Protector
hanc promissit allocutionem, zelo, benevolentia atq; a-
more undequaq; refertam, habitam ad Patres Discreti
ni G^lis Libermontana Familia Roma degentes.

Ad P^{res} B^{ene}dicti
Eminentiſſimi ac Archiepi Dⁿⁱ Dⁿⁱ
Romuldi S. R. C. Cardinalis Braschii
De honestis Totius Ordinis Seraphici Prote-
ctoris Vigilantissimi Habitu Anno 1792.
In Periculis Pentecostes
Ad Patres Discreti G^lis in Ara celitano Con-
v^{en}to Congregatos.

Ad quo magno Vestro, ac bonor omnium ma-
nore, Annis laboribusq; confectus & vivis sublatus est Bon.
Mem. Sr Paschalis a Canvio Ordinis Vestri Minister Ge-
neralis mirum sane non est Religiosissimi Patres, si ni-
hil magis quam novum Vobis Pastorem præfici, eumq;
quam diligissime fieri posset, super Vos constitui expectave-
ritis, qui forma gregis ex animo factus Vobis præcepit
simul et prædes, atq; ut fidelis eidem tuenda. Augenda
amplificanda toto, ut per est mentis affectu in eum beret
et ad laboraret, ne si gregis Pastoris cura defuerit s. Greg.
Mart. Ep. 50. per avia gradiatur et ob hoc facilius inimici
laqueis insidiantis occurrat. Vel ego ipse pro ea que
mihi licet immenito benedicta est in d^{ist} Ordinis Vestri
tutella, id ipsum plurimum exoptabam, quoniam Chanſi-
mi ad Thep. 1. C. 2. 4. D. Nobis facti estis; atq; illud quam
maxime dolebam quod G^lis Comitibus in Per illustri hoc
Ara celitano Conventu, ut vestris juris seat habenda conor-
care ob acerbitalum temporum non liceret.

In cunctissimum sane fuisse te probatissimos
Viros, quos de fame Novi virillum splendore & omni
genti

doctrina laude commendatus coram conspiciere: grati-
 simum coram Religionem pietatem, zelum charitatem
 denique ac prudentiam, proprius demiraria quae enim
 vestra spes aut gaudium, aut corona gloria / ad Thes.
 Cap. 2. V. igitur non ne Vos ante Dominum Postum / Christi
 Itaque pro eo studio, et affectu quo Vestrum Ordinem de
 Universa Catholica Ecclesia, ac praesertim de hac Apostolica
 Romana sede, tam optime mereretur, et ample-
 ctor, nihil profecto desuadet, quod ad implenda Amici mei
 vota esse optandum

Est temporum ut in quiebam, id non tollit acer-
 bitas, nam licet tempus amatorum mundi semper sit
 paratum / Prospero die 1. Pag 392. / tempus tamen iusto-
 rum aliquando desideratur. Quae re Vos, per aequae, ac me
 diu suspensus tenuit cogitatio, quem demum exitum res
 in tanto discrimine esse habitura, quae de demum ratio-
 ne in tam gravi negotio, votis et Ordini Vestro foret con-
 sulendum

Sed deo primum Patri Misericordiarum et deo
 totius consolationis, qui in tribulatione positos conso-
 lari non desinit, quam maxima gratia sunt; tum ve-
 ro Summo et clementissimo Pontifici Pio VI. Qui pro
 eximia qua Vos per a manenter complectitur, charitate pro
 que ea, quam in omnes diffundit beneficentia, Vestra haec
 discrimina mente revolvens. Invenit Paterna cura rem-
 mittere sumpsit; eoque tandem Justissimis auspiciis in-
 ducitur ut Vobis demum, Vestrisque necessitatibus provi-
 de Consuluerit

Quemadmodum res acta sit, ex Apostolicis litteris quae
 mox Vobis erunt aperienda facile intelligetis. Quae
 propter nihil aliud superest, nisi ut mecum spe, atque
 votivum gratuler, quod illud tandem, quod summo
 pure expectabatis, estis consecuti; atque in communi om-
 nium letitia Solemniter Domini Spiritus recurrente
 id mihi a nuntiare contingerit, quod omnium vota
 postulabant

Summantur igitur more et clementissimi
 erga Vos Summi Pastoris litterae perlegantur.
 Pius Papa VI.
 Ad futurum rei memoriam

1
Cuius cupimus, atq ab Ipsius Pontificatus nostri e-
studius semper studuimus Regularium Ordinum Con-
stitutiones, et statuta ~~statuta~~ hactenus servari nihil
minus ex incumbenti humillitati nostrae Apostolicae
licitudinis officio interdum, et quoties eorumdem Ordinum
utilitas, ac commodum exposcit, ab hoc proposito de-
clinandum esse duximus. Et quidem postquam Fel. Quor-
dani Clemens Papa N. Praeceptor noster ob hunc Currentia
Christianae Rei publicae tempora ab 1774 Capitulum Ge-
nerale totius Ordinis Fratrum M. S. S. Francisci Sexto
quoq Anno iuxta Constitutiones et Statuta Ordinis
praedicti ducto ille Apostolica Confirmata, convocandum
in proximum triennium distulit, Nos pariter exacto tri-
ennio huiusmodi cum eadem immo urgentiores egerent
Causae Capituli Praesidis huiusmodi Convocationem in al-
liud tempus, et ad nostrum et Sedis Apostolicae bene pla-
citum protrahimus: et quemadmodum memoratus Clemens
Praeceptor, sic Nos Bon. mem. Paschalem a Variisio duximus
isit Fratrem dicti Ordinis, ex prope professum in Mi-
nistrium Praesidem eundem Ordinis confirmavimus.

Verum cum praesertim dictus Paschalis a
Variisio supremum diem obierit eo devenimus, ut Ca-
pitulum Praesidis convocaretur. ~~Est praeterea difficillima,~~
huiusmodi semel, ac iterum ut praefertur, protrahatur
nunc in Conventu Arae cantano Almae nostrae Urbis
foret convocandum. Nihil quidem maluimus quam
ut dictum Capitulum Praesidis convocaretur. ~~Est praeterea~~
difficillimas, ac persistentes Catholicae Ecclesiae adversita-
tis novae etiam perturbaciones eiq acriores acciperent
ad Regularium disciplinam evictendam, adeo, ut ab hoc
Consilio per quam abduerint. Quamobrem electo a nobis
dilecto filio Carolo Josepho a Janua in Praesidentem
Discretorii Praesidis, ut quoad usq officium Ministeri Gene-
ralis vacet, simul cum eodem Discretorio Ordinem huius-
modi administrat. Interea dum habebimus quid agendum
quidq statuendum foret in digne familiae Ultramontanae di-
cti Ordinis, ex qua novus Minister Praesidis iuxta memo-
ratas Constitutiones et Statuta seligendus est, a nobis o-
mnem substituit dubitationem. Si quidem ipse in tali
gens, quam magne sunt difficultatis, si in praesentibus
sae temporibus Capitulum Praesidis in diceretur, ut pote
quod magna Vocatum pars ad illud non accederet
sine sese gravibus committeret periculis, a nobis expo-
stulavit, ut aliquos ex suis Nobis proponere liceret ac
designatum tum Ministrum Praesidis, tum ceteros fami-
liae Ultramontanae officiales per Nos eligi summo iure
desiderabat. Nos igitur qui Ordinem praefatum Paterna
charitate in Domino prosequimur ac quid quid ad illius
Com

eodem modo quomodolibet pertinere dignoscitur, curare stude-
 mus, cum eidem Ordini proficuum atq; utile futurum fore
 putemus si Ministrum Plenum Ceterosq; officiales in Capitu-
 lo Poli deputandos auctoritate nostra Aplica nominemus
 ac constituamus: cum autem muneribus et officiis de-
 bitis debetis Provinciis Ultramontanis in simul ad iugenda
 sint alia pertinentia ad Religiosos componentes Provin-
 cias Ultramontanas, qui pari anhelant studio, ne dimi-
 nutum cogat Gerere Capitulum et Nos in istorum Of-
 ficiis tribuendis de ipsorum meritis et qualitatibus mi-
 nus incerti sumus: Hinc votis utriusq; Familiae annue-
 re volentes ac singulares Personas, quarum inter est
 a quibusvis ex communicationis, Suspensionis et in-
 terdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis Censuris & penis
 ab iure et ab homine quavis occasione, vel causa latis, si
 quibus quomodolibet in rodatis existunt, ad effectum
 presentium duntaxat consequendum, harum serie absol-
 ventes, et absolute fore censentes, motu proprio ex certa
 scientia, et matura deliberatione Nos, deq; Aplice
 potestatis plenitudine dilectos filios Joachimum Capany
 Actualem Companium Plenum Familiae Ultramontane
 in Ministrum Plenum totius Ordinis Fratrum M^o S^o Fran-
 cisci prefati Discalceum a La Maria ex Provincialem
 Provincie Angelor^o dicti Ordinis in procuratorem Plenum
 Joannem De Moia, ex Provincialem Provincie S^o Micha-
 elis de Extramadura in fra Tagum; & Joannem Ja-
 quire Actualem Provincialem Provincie Cantabriae in
 Definitorum Plenum: Damianum Lopez in Provincialem
 Provincie S^o Petri de Alcantara in Procuratorem Plenum
 ac Joannem a S^o Petro de Alcantara ex Provincialem
 S^o Pauli in Definitorum Plenum Discalceos et Resol-
 utorum: Joannem Diaz Ariona Provincialem Provincie Ter-
 ti^o Ordinis Andalucae in Definitorum Plenum ejusq;
 S^oti Ordinis; Omnes Frater dicti Ordinis exprope in-
 fessos tenore presentium eligimus et nominamus.
 Cum autem per super enumeratos Definitorum
 Plenum completus non sit Ordo decem Definitorum
 pertinentium ad Provincias Ultramontanas; hinc su-
 pra designato Ministro Poli Comittimus ut una
 cum Memoratis Procuratoribus & Definitoribus S^oti
 tot eligeret ex antedictis Provincie Definitorum, quod
 componant in legem decemnalem illorum M^o.
 Ita

7
Ita tamen quod cum alicuius Fel. record. Clemens Papa
XIV. Predecessor noster Per suas in simili forma
Brevis die 9 Aug. 1771. ex predictas litteras Fratres
Ordinis Predicti Observantes Provincias Galie pro
via illor' separatione atq' exemptione a qua cum
iurisdictione et subiectione Monacho Gali Fratru in
Mons. S. Francisci de Observantia Nuncupatorum
Predicto Monacho Gali Fratru Mons. Ordinis S. Franci
Conventualium Nuncupator subiecerit eidemq' Ordinis
abrogaverit ac preterea cum ceteris Fratru Ordinis
predicti Regni Galie quos vocant Observantes &
Recollens qui adhuc sub iurisdictione et correctione
Mons. Gali totius Ordinis Predicti persistent si ista
ob lethymabilem hodiernum Regularium Ordinum
in Regno Galie statum pene eversum sit a memo
rato Monacho Gali et Procuratoribus et Definitoribus
Predictis ratio habeatur de immutatione huiusmodi
ac ipsi decernant num Definitores Gali Nationis Gali
ce ex aliis Provinciis eligendi sint, vel potius relinquenda
sit locus vacuus et eor' electio reservanda, quousq' Dio
auxiliante Catholica Religio in illis Provinciis ad
pristinum exercitium restitatur. Et haec pro Fami
lia dicti Ordinis Ultramontanam. Pro Familia vero
Cismontana dilectos Panter Filios Bonaventura
de Placentia ex Procuratorem Galem doct. Theo
logum et Actualem de J. Invalum ex Provincia Re
formator Bononiensis in Amiparium Galem;
Carolum Josephum a Janua Actualem Praesidem
Definitorem Galem ex Provincia Januensi ac docto
rem Jubilatum in Amiparium Galem Curiae; Cele
stinum ab Asculo de Provincia Marchia doct. Sub
ex Provinciam ex doct. Galem et Ordinis Predicti ex
Secretis in Procuratorem Galem Reformatorem;
Josephum Angelum a Carboniano doct. Sub a
Provincia Romana, Joannem Baptistam a Berga
mo ex Provincia Brixianensi Augustinum a Neapo
li doct. Sub. et Canonologum Ordinis de Provincia
terra laboris, Thomam Abbronde de Provincia Lycien
si Josephum a Muzomela ex Provincia Panormi
ex provinciam, Frincum a Taurino doct. Sub
ex Provincia S. Thome. Pedemontana In Definito
res Gales ex Observantibus; Mathiam a Vitor
chiano ex Galem Provincie Seraphice Laurentium
a Summo doct. Galem Provincie terra laboris. Jo an

annem Antonium a Mendisio Lect. Theologu Scripto-
 rem Ordinis et Actuales Definitorum Prævia e Prævia
 S. Didaci Alexandrina, Japonum Parisiæ e Prævia
 Polonia Minoris in Definitorum Prævia. Ca Reformatis
 Omnes Pariter Fratres dicti Ordinis expresse Professus
 Consimili tenore pariter eligimus et nominamus
 Qui Omnes ut supra a nobis electi in iurando a
 memorato Joachimo Company Mitho Prævia per dura
 ra debent, salva trienniali duratione Consimili Prævia
 et Reformatis iuxta statuta et Constitutiones dicti Ordinis
 in respectu iuribus usq ad Perisigilium
 Pentecostes Anni 1790. in quo iuxta eorundem Sta-
 tutum et Constitutionum dicti Ordinis præscriptum Ca-
 pitulum Prævia erit convocandum. Ad præcavendas Porro
 questiones, que inter Definitorum Prævia Contemporanea
 elector excitari possent de ac super eor præcedentia,
 motu scientiæ Authortate, et tenore prædicti statuimus
 atq decernimus ut salvo quod in Capite O. Paragrapho
 54. dictæ Constitutionum disponitur illor Præcedentia
 ab Anterioritæ Professionis unius cuiusq de su-
 mator Nulle habita ratione temporis erectionis erigo et
 qualitates Prævia nullo servato discrimine riter
 Observantes et Reformatos; Tandem omnibus e sin-
 gulis actualibus Definitoribus Prævia qui rite quem
 tempus Definitoratus ad hoc ut ex Definitorum Ge-
 neralium iuribus Privilegiis exemptionibus aliisq
 indulgentiis et gratiis Civ alias concessis, uti frui et gau-
 dere possint præscriptum pondum exegerunt ut o-
 mnibus et singulis iuribus ac privilegiis et indulgentiis
 huiusmodi uti frui et gaudere possint et debeant in
 omnibus et per omnia perinde ac si tempus præ-
 dictum Consimiliter motu scientiæ Authortate et
 tenore prædictis concedimus e indulgemus sicuti
 pariter dilectis Filiis Josepho Arborea Actuali Vi-
 ce Consimiliano Curia e Observantium Familiæ
 et Vicentis Mondina Vice Procuratori Prævia Direc-
 ceator et Recollector, qui specialiter postea Authortate o-
 mnibus et singulis laudato Discretori Prævia Actibus
 riter fuerunt veluti si xapre Consimiliano Curia et
 Procurator Prævia respective fuisset ut omnibus et
 singulis iuribus et privilegiis prærogatiis gratiis et
 indulgentiis quibus e Consimiliano Curia et Procurator
 Prævia Excelsior utitur frui et gaudere ac utique
 et gaudere possint vel poterint in futurum pari-
 modo

modo, uti sui, et gaudere possunt et gaudere libere ac licite possunt et valeant in omnibus et per omnia, prout, ac si ipsi muneribus huiusmodi recipere perfuncti essent motu sententiae, auctoritate et tenore, praedictis pariter tribuimus et impertimur. Mandantes propterea in virtute et Obedientia ac sub indignationis Nosra, aliisque arbitrio Nosro praenominatis in ligendis omnibus, et singulis totius Ordinis praedicti Superioribus, Guardianis Fratribus et Personis, Ceterisque quibuscumque quocumque nomine nuncupentur, et ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut Eosdem Joachimum Campanum a Dida cum a Sancta Maria Joannem de Moyse Joannem Itaque Damianum Lopez, Josephum a Sancto Petro de Arcantara Joannem Diaz Arjona Bonaventuram a Placentia, Paulum Josephum a Janua, Celestinum ab Asculo, Josephum Angelum a Carboniano Joannem Baptistam a Bergamo, Augustinum a Neapoli Thomam a Bronde, Josephum a Messuracle Trincum a Tauino, Methiam a Vitorchiano, Laurentium et Primum Joannem Alphonsum a Mendrisio, et Jacobum Paniski suis respective muneribus illorumque libere exercitio iuste tenorem praesentium sui, ac uti sinant, et permittant, eisq. in omnibus ad munera, et officia huiusmodi pertinentibus prompte pareant et obediant, faveantq. et assistant respective. Decernentes easdem praesentes litteras formas, validas, et efficaces existere, et fore suorum plenarios et integros effectus sentiri et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat et spectabit in futurum inviolabiliter observari, si quae in praemissis per quoscumque iudices Ordinarios et Deputatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos et Nuntios sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiendi debent; ac irritum ac inane, si de eis super iis a quacumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinibus praedicti, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis formae alius roboratis Statutis, et Consuetudinibus, privilegiis quoque inductis, et litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa et in diditidua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas Generales idem importantes mentionem seu quavis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forme in illis tradite et observata exprimerent praesentibus pro plene ac sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissum effectum

effectum, haec vice duntaxat specialiter et expresse derogamus,
 Re teniq. Contrariis quibuscumq. Volumus autem quod
 praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam in
 proxi manu alicujus Notarii Publici subscriptis et Sigil-
 lo Personae idoneae in Ecclesiastica dignitate constituta
 munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra
 adhibeatur quae praesentibus ipsis adhiberetur. Si fo-
 rent exhibita vel ostensa. Dett. Romae a sede Apo-
 st. sub Annulo Piscatoris Die 25. Maii 1792. Ab
 Pontificatus Nostri Decimo Octavo

Loco Off. Annuli Piscatoris
 Romanus Cardinalis Bra-
 schius de Honestis

Intellexistis igitur Reliquissimi Patres, Bene-
 ficientissimi erga Vos Summi Pontificis amorum,
 audistis: quae ratione votis vestris annuunt, percepistis
 de meum quae admodum et vobis, et vestro commodo atq. utili-
 tati Optime prospere

Quod in diuini tanti Beneficii memores futu-
 ri sitis potare non dubito, sed illud grati animi erga
 Vestri Amantissimus expetit. Illud ego Vos hortor pro mea
 erga Vos, et Ordinem Vestrum studio, ut quem modo ipse
 constituit Pastorem Vestrum, quosq. vobis praefuit probati-
 ssimos Viros, quae decet animi Charitate, sinceriq. Cordis ob-
 sequio excipiatis. Tanto magis affectui Vestro digni sunt
 Praesules Vestri, quanto alius excelsi gratioribus ^{Operantibus} ~~Ordinibus~~
 Curis, tot siquidem quae admodum ait Chrysostomus, in sublimi e-
 levati Super se sustinent, quod suppositis regunt, et quo
 grandior est honor S. Greg. 11. hom. 26. eo gravius est pon-
 dus eorum humeris demandatum cum iis pacem, cum iis
 unitatem, in charitate servate. Si enim ut idem agebat
 Chrysostomus Nihil est quod Ecclesiam Dei ita destrueret, et dis-
 solvere possit, ut cum Discipuli Magistris, et Patribus Filiis
 et Principibus subditi non magis studio cohaerent, profecto
 intelligitis nihil magis Ordinis Vestri amplitudini et incre-
 mento prodepe prope, quam si Vos inter, et Pastores Vestros
 Christi vera charitas regnet, per quam simul omnes sacra
 et in duplicabili unitate, spaciis vinculo cohaeratis.

Quid autem in his longius immoror? Non accipe
 habetis ut aliquis doceat Vos cum unctis / Joan. 1. c. 2. v. 27.
 quam accepistis a Jesu Christo maneat in vobis. Hinc non
 dico vobis, quasi ignorantibus veritatem / sibi / 421. / sed quae
 si scientibus eam Praeterea in ore atq. oculis vestris, quae
 citi Conde fatentur Arcana / S. Hieronymus Quis ad Turiam
 detitiam quamdam, atq. alacritatem in tuos quibus in
 spem

spem firmissimam adducor Vos Apli illam charitatem habituros
ad Col. C. D. 14. que est vinculum perfectionis


Hunc pacis et unitatis Spiritum tenentes maiores be-
sti iustitie laude, cuius fructus in pace seminatur. Jaco-
C. D. 10. facientibus pacem semper florent, et tan-
quam lucerna accensa super candelabrum in Domo Dei vir-
tutibus ardeant. Nostis quantum pro religione et pietate
latius amplifacenda ad laboraverint, quantum que ad non
Christianam tuendam, Divinum cultum augerendum
ac animarum salutem procurandam, et animo conno-
et labore contendunt, quantaq; in de in Universam Cele-
stiam dimanaverint bona. Ceterum igitur exemplis ac be-
stis qui in vestra, et in priorum telis impetitam Christi Cele-
stiam, doctrine et sanctitatis pro pugnaculis Vos de Audite,
qui in Apli Sede et Ecclesia Cetera, id est Christi Theatro be-
ne dicentibus sanctis. S. Paulinus Epist. 13. ad Romanos
chum. Deo ipso spectatore laudamini. Nemo Vestrum
est, qui Orthodoxa Religionis damna cum lacrimis
non aspiciat, eidemq; pro viribus optulari velit, tum Deo
Opt. Maximo ne in tanto discrimine vos deserat, effusis
precibus, tum Annis justitiae sumptis, quibus qui ex adver-
so stent, aut vincantur, aut saltem tercantur. In die mala-
ad resistendum Nos Apli hortatur. Pristinam igitur in Vo-
bis virtutem excitare, et feracissimam Evangelii Messum ex-
colite ad Dei omnipotentis maiorem gloriam, et in Christi Or-
dine Vestri perpetuam laudem et incrementum. Tunc
profecto Vestrum quilibet inter illos pauperes iure nume-
rabitur. S. Paulinus ibidem quorum est Regnum Ceterum,
et inter illos divites, quorum Populus forma est, qui a spiri-
tu Dei dives est, et suo pauper, tales enim divites cum Pau-
peribus suis diligit Deus

Obtento predictis Apliis litteris Regis. Caequatur
a Supremo Hispaniarum Senatu jussu Regis Catho-
licae maiestatis Nobis devolute fuerunt, per eius primum
a Secretis status Ministrum, in usum facultatum Nostri
Officii. Itac ergo rerum serie, que unquam a Nobis, ne-
quidem excogitari potuit ad Supradictam Ordinis Praefatu-
ram execti sumus. Fatemur profecto Patres ac Fratres mi-
amantissimi hunc novi honore gradum, quo immerentes
porsus a Sede Apliica decorati sumus in magnum animi
Confusionem. Nos adducere Spiritum deprimere, vires No-
stras infringere. Difficillimum Amplissima Familia re-
gimen serio Considerantes de Nostri dolorem infirmitate,
Cuius probe Consci sumus ad ferendum hunc etiam humilis
Angelicis formidandum, hinc praesertim a numerosis lubricis
que temporibus, quibus mille passim offendicula occurrunt. Ade-
mitima Ordinis meditatio Nostri. Nos in arcto positis cogitet Or-
nem pariter, ac honori cedere, Nisi Providentia Deum decretis
obstare videremur. sperantes pro Deum, qui infirma mundi
et contemptibilia, et ea que non sunt aliquando eligit, ut non
gloriatur omnis caro in conspectu eius Auxilia Nostri nequa-
nila auxilium largiturum ad Deum fundum quod
hunc

lumenis vestris, utis in oculis inposuit. Hoc ergo cum omnibus
 postquam bono, ad felicitati maxime in terdit, Vos obtestamur dilectissimi
 Fratres, atq; enixe obsecramus, quatenus vota pro
 vestras jugiter in conspectu Dni effundatis, ut Nos tanto opta
 sufficientes dignetur efficere: scilicet illud unum in timo cor
 de habere nimirum maiorem ipsius gloriam: Ordinis nostri pro
 factum. Nostro namq; Fratrum Spirituale solatium. In hunc
 nem nihil nobis omittendam erit cura, ac sollicitudinis; Velle
 musq; Utinam non procul abeferemus? unius cuiusq; Nostrorum
 subditorum vite rationem speculari ad eorum imperfectiones
 corrigendas, laboris mitigandos, solamq; in omnibus offeren
 dum. Cum vero vestra sollicitudo ob locorum immensas pre
 distantias difficillimas, ac pene impossibiles extit, Basobales
 nostras litteras quam primum expedire satagemus, quibus
 summam re daetas debimus oportunitates Regulas ad No
 strum Professione onera exactius ad implenda

Hec prorsus sunt Patris amantissimi Fratres in Do
 mino karissimi, que vobis protempore scribenda duximus,
 ut plenam exaltamq; Apostolica Sanctionis notitiam in
 dicemus, de rebus in Ordine novissime gestis Vos edocemus
 Hec sunt prima Patris et Pastoris Vestri verba: Hec in
 quam, Nostri sunt et affectus signa, et cordis indicia, qui
 bus de nostra erga Vos benevolentia, et amore securos reddi
 mus. Dum ergo ad exitum perducimus secundis Nostri dit
 teris, ac Vobis significare, que presentibus non valemus,
 alio distracti non levisis momenti curis, nos necesse et
 obsecramus, ut in orationibus vestris tum Publicis, tum
 privatis vota vestra ad bonorum omnium largitorem
 Deum omnipotentem dirigantur, pro felici Catholica
 Ecclesie statu, pro incolumitate ac salute Nri Dni Nostri
 Pii Papae VI. ob eximium amorem, quo Nos Nostrosq; Le
 galium Ordinem prosequitur: Pro Eminentissimo Dno
 Cardinali Potentore Nostri Ordinis, pro cunctis Principibus Chri
 stianis, precipue autem Catholicis Regibus Nostri, quorum
 pietas in fide, ac Religione Catholica protegente, Conservan
 da amplificanda eo titulo dignissimos efficit, quo pro omni
 bus gloriantur. Nostri deniq; memoris estote, dum omnibus
 per amantem Seraphicam Benedictionem impertimur
 Datis in hoc Nostro S. Francisci Regio Matritensi Con
 ventu manu Nostre subscriptis, Nostriq; officii maiori sigil
 lo ob signatis et a Nostro Secretario Gali munitis Die
 Idem mensis Julii 1792 di

Joachimus Campanus
 M. S. S. S.



De mandato Reverendissimi
 in Christo Patris
 Fr. Franciscus Pallego, et Terres
 Secretar. Dni Ordinis pro Observantia

Nihil optimi Parentis verbiis addendum superest,
nisi quod Patres Fratresq; in Christo Charissimi, hęc omnia
mente et corde revolventes, Nobiscum gaudeatis, atq; exultetis.
Sanctum Nostrium e quidem Vestro plane ne respondeat, ve
fat munus difficultibus, et laboribus undequaq; refectum qd
Nobis est abundum. Timemus maxime, et iure time
mus, ne forte hęceamus aut depreciamur. Creata tamen in
Deum Spe et sociatis Consiliis cum Adfmo Ministro G. B.
futurum Confidimus ut res non ingratum finem sortian
tur, Quae totius Ordinis Regimen respiciunt. Spee Adfmo
Pater Ministrus G. B. Cneyclia quam promittit, sanciet.
Nos autem altera pariter Cneyclia ea complectemur quae
ad Nos hęc Commontand. Familia bonum magis Confere
judicabimus.

Antea pro Ecclesia Catholica exaltatione, eiusq;
Nostrium Conversione Sanctae Romanae Sedis in cultum
fate, et Corda et Voces ad Deum in spiritu humillitate ne
unquam effundere praetermittatis. Nostri quod malare Ec
clesiam Dei Sanctamq; Romanam sedem, Omnesq; Or
dines Regulares prestant, et quot undiq; perturbaciones
graviaq; Nobis impedeant pericula. Alieni in surrexerunt
in Hereditatem Dni, imo ipsi met Filii pugnaverunt
Contra Matrem suam: eorum nefarios ausus, nemo est qui
composcere possit, et valeat: iustitia et pietas jacent, fas o
mne, Omneq; Sacrum abrumptur, et quod Nos proprius
tenigit Religiosi homines, ac ipsius quoq; Religio nis
in signia facta sunt in probis vilissimum peripsum.
quod si etis Nostro memimus, vehementer coram Deo do
lendum Nobis est, morisq; in melius continuis vertendi: Sin
imus, mentes in Celestem illum Judicem et Patrem
Coniiciamus, qui respicit super aegrum et pauperem
Quare hunc Patrem misericordiam, bonorum omnium
largitorem Optimum, totiusq; Consolationis fontem, re
dum volumus ut diu Noctiq; et semper in privatis Emnia
Vestrum orationibus exoretis, pro illis scilicet quos a pueri
Commendator vult, et iubet Adfmo Pater Minister G. B.
quibusq; ille Nos, et Universe Religio Patruini, benevolentia
ae Singulorum Beneficior, iure adstringimur: verum et
tiam singulis diebus donec abiter a Nobis fuerit Vobis ordi
natum in Choro post Nonam vel Vesperas vel Completorium
dare et devote, et humillitate. Spiritus Sequentes Recite tis
Antiphonas. Sub tuum presidium = Sancta Maria =
Salve Sancte Pater cum suis orationibus addita in fine
ea, quae incipit = Ecclesia tua quae sumus Dne Dnm
autem has ad Deum prodes funditis, ne obliuiscamini, quae
Adfmo Patris Ministrus G. B. tum etiam Nostri, qui Vestras oratio
num presidio in publica re huius Commontand. Famula be
ne gerenda plurimum, et semper Nos indigere Cognosci
mus. Valere. Patris Vos adiuvet Potentia, Filii Vos dirigat
Sapientia et Spiritus A. Vos fovcat Cementia Datum.

Roma.

Dilectis plurimum Nobis in Christo Jesu, universis Pa-
tribus ac Fratribus Superioribus et Subditis totius
Nostrae Seraphicae Religionis jurisdictione Nostrae Sub-
iectis salutem in Domino qui est vera Salus.

Ad quo miserabili Domine Providentia consilio
totius Nostrae Seraphicae Ordinis Regimen Nobis immerentibus
licet fuit de mandatum ardua quae in Supremo Nostrae Mi-
nisterio nobis obiciuntur superare conamur. Nihil certe
in iuncto nobis onere gravius, quo amplissimae ac per Uni-
versum fere terrarum orbem propagatae familiae guber-
nium commendatur. Huius in Seraphicae Religionis fi-
lii, Patriarchae Anni Francisci vestigia prementes, in eam
praecipue curam incumbunt ut sub Jesu Christi Salvato-
ris Evangelium praedicent, homines ad Christianae Religio-
nis Sanctissimas leges observandas adhortentur verbo atque
exemplo, ad mandatorum adimplerem excitent semet
ipsos in omnibus demonstrantes, quid quid et loquantur
et operantur, et cogitant, ad maiorem Dei et Domini nostri
Jesu Christi gloriam ab eis dirigi. Ita se praestare ministri
huius Corporis membra debent. Spiritum ergo ministrare
debet Superior, velut huius Seraphici Corporis Caput mem-
braq; animare ac vegetare, non ne oportet, Missis igne
de excelso erudiri deget Dei et proximi amore reple-
ri, supernae gratiae splendore illuminari, ut possit
illorum dirigere filiorum in dispersis Regionibus, Evan-
gelizantium Pacem Evangelizantium bona.

Verum tamen cum istiusmodi supernis qua-
litatibus destitutos esse nosmet ipsos agnoscerimus,
quid aliud Nobis agendum erit, quam sub omnipo-
tentis Dei protectionem imploramus; cuius bonitas
et clementia summa nostras infirmitatem
adiuvet atque a vexilibus suis eriget, nostraque desideria
ad perfectiorem usque deducat. Una haec spes ac in
Domino fiducia animum nostrum tanto prodece profectum
aque ac humiliatum excitare potens erit. Maxime au-
tem si Vos Patres in Domino Charissimi dilectissimi que
sua vota precibus vestras ad Annium largitorem honori-
ficis jugiter dirigatis. His freti auxiliis operumque quod
nobis Superioribus, quod primum in Nostrae Ministerii
inceptum curandum Nobis proponimus, ostendimus
potissimum spiritum videlicet in Nostris Fratribus in-
novare fervorem excitare ad instituti Nostrae Sera-
phicae observantiam. Nihil aequidem ad hoc oportu-
nius. Si ducimus quam ut illorum qui ante nos
fuerunt Sanctos Virorum preclara gesta in memo-
riam

nam revocemus, quorum et haec vice virtutes, et actiones in dylta dum
 Nos Confusione operiunt teporem in operando reprehendunt
 quantum a Nostra Professionis scopo aberravimus Patefaciunt
 cupientes igitur Nostra haec salutaria monita Creydelius istis reda-
 da in Nostrorum subditorum Cordibus alte infigi, summam me-
 morabimus, quid maiores Nostrum olim praestiterunt, quales nos in
 praesentiarum sumus, quidq in futurum agere debeamus ad
 Nostrae Professionis munia recte obeunda. Quibus aperte, et Nostra
 status ac instituti perfectio appareat et Nostris qui temporis de-
 cursu irreperunt, patefiant, et via, quibus tum Ecclesiae Dei tum
 Religioni, ac statui utiles reddamus, omnibus innotescant.

§ Titulus

Redemptor Noster Populi Christiani Supremus legis
 lator quod ipse dixit: non veni solvere legem sed ad imple-
 re tum Ecclesiam suam stabiliendo firmavit, praetera Divina
 praecpta in veteri lege descripta Concilia quaedam Sectatoribus
 suis observanda reliquit quorum observantia, si uniuscuiusq
 fidelium non praecipitur necessaria utiq videtur ad omni
 mode consequendam perfectionem, de qua idem loquitur
 Redemptor: Si vis perfectus esse vade, et vende omnia que
habet et da Pauperibus. Haec rerum voluntaria renuntiatio
 temporalium, et quid quid ad Evangelicae perfectionis apicem
 spectat, Ecclesiae ^{sa} de eorum respiciunt, cuius in sinu suo
 Animas sublimium virtutum splendore ornantes et nutrit
 semper, & fovet. Iste perfectionis Evangelicae Regulae fi-
 deliter ac primario illis Christi Sectatoribus Cellis, quae
 erat Ierosolymis servata sunt. Erat in eis cor unum, et anima
 una, omnia illis communia distribuabant iuxta uniuscuiusq in
 igentiam, ut Actus Aplos referunt. Sic ab initio nequibus
 Ecclesiae, charitate perfecta communitati vitam agebant ferendi Chri-
 sticola insecutiones, vexationes, terribiliores, tribus illis Annis
 Ecclesiae saeculis simul substantes. Advenit tandem opta
 ta felicitas diesq pacis affulserunt Ecclesiae Jesu Christi
 Dei persecutio Christiano homini, ac mundi imperatores
 acciperunt: Et religio haec sancta in odium cuius haec tenus
 ipsius Professores extremis supplicis afficiebantur punien-
 di, digna visa fuit, quae ab Imperatoribus summis
 laudibus commendantur, Episcq Cultores Annis Dei publice offi-
 cium muneribusq optarentur praeficiendi. Hinc ergo per qua-
 nti multi Christiana Professionis nomen dabant, non utiq
 virtutis Amore ellecti, et a cordis simplicitate et humi-
 litate a Jesu Christo edoctis, immo commodis temporalibus
 unice nitenti, Quibus deque caetera ferentes, ac in probo
 rum hominum Colluvie Romanum maxime redundabant
 Imperium, qui Christiano tunc contenti Gentilitatis
 autem

autem Philosophia Sectarum, Ecclesia pacem amantissimam red-
derunt, persecutionum tempora renovantes

Verum enim vero Sanctitatis characteribus Ecclesia
Catholica ab illis extra se societatibus apprime distinguitur
unaque et eadem semper existat in seipsum, usque saeculorum per-
mansura, necesse erat, ut in hac rerum vicissitudine magna
filiorum suorum portio in sinu suo conservaretur illa, in
quibus vita simplicitas, morum candor, charitatis fervor, et
terrenorum contemptus jugiter permanerent, quae inchoata in sen-
tis Ecclesiae in primis illis fidelibus mirabantur. Tandem in
primorum fidelium locum Monachi suscepti sunt, exempla
virtutum, hominibus praebentes, aequae miranda ac illa fuerunt,
quae retroactis saeculis cernebantur. Jam tum a tur-
bis populorum segregari visa fuerunt multa hominum milia
qui montium a praepura penetrantes in solitudine vobis obditi,
vita rationem instituerunt Angelorum magis, quam hominum
propriam.

Mundanis deliciis voluntarie renuntiantes
ac saeculi pompis terrenisq; affectibus valedicentes, om-
nibus privatis orationis exercitiis omnino dediti, volun-
tariis castigacionibus, corporisq; afflictacionibus exerceban-
tur. Carnificinibusq; qui olim Martirum corpora dilania-
verant, in se ipsos crudeliores, voluntate Martiris merebantur.
Notata digna sunt aurea illa d. Christophori verba quibus
priorum Monachatus, Sectarum, mores, vitae rationem
graphice describit. Namque iste genus ait C. Doctor abbas B.
adversus Oppugnatores vite Monasticae: Caelo dignum de-
legerunt Monachi, nec minorem Angelico statum obti-
nerunt. Quomodo enim apud Angelos nulla est inaequali-
tas: nec alii prospere, alii in extremis malis versantur sed
omnes in una pace, letitia, et gloria, sic in his et locis nemo
pauperiorem exprimat, nemo de divitiis gloriatur, meum ac
tuum illud, quod omnia subvertit et perturbat, penitus
causat. Omnia illis communia sunt, mensa, domus, illud
vestimenta. Cuiusmodi mirum, quando ipsa anima una,
eadem omnibus est? Omnes eadem sunt nobilitate. Nobi-
les, eadem servitute servi, eadem libertate liberi. Una illis op-
tibus divitiis, quae vere divitiae sunt, una gloria, quae ve-
ra est gloria, non enim nomine, sed re bona tenent. Una
voluptas, unum desiderium, una spes omnibus, ac quasi qua-
dam norma, et libra omnia accurate ordinantur. Nulla in-
aequalitas sed ordo, concinnitas, harmonia, et multa concordia
servanda diligentia, perpetuaq; letitiae materia. Quomodo
omnes omnia faciunt, et patiuntur ut letentur et gaudeant.
Illic enim solum videas haec perfecte contingere, nusquam
alibi.

Haec miranda virtutum exempla non dubitatur, quin
reliquos fideles pietate, salutariq; devotione afficerent: quin
nimis Sanctitas illorum, penitentia martirum, instar Dei
illius ignis, quem Salvator venit mittere in terram, erroris
tebras dissipare faceret, tepidos inflammat, omnes denique
ad laetionis vite, morumq; emendationem excitabat. Non prope
perculsi quodam, videbant in Sanctis illis hominibus hinc
divitiarum contemptum, illinc honorum despectum, inde

voluptatum fugam, eorumq; omnium, quae hominum carnalium
 Superbiam, et allicunt et poent. His itaq; virtutum meita-
 mentis in Deum excitati, humanisq; affectionibus superiores
 effecti, non poterant non waderi alia esse, praeter haec quae uide-
 tur Superioris Ordinis bona uere hominum estimatione di-
 gna

igitur cum Ecclesiarum Antistites vigilantes In-
 gis Jesu Christi Pastores anime recollent, quantum Spi-
 ritu alio Commodo erga Oves sibi committas adferri uolebat,
 si ob earum oculos hi perfectionis Archetypi obicerentur,
 Monachos a desertis reuocare, atq; ad sacerdotium euehere
 ceperunt, ut officio suo ad altare fungentes, populo his fidelibus
 utiliter in seruirent. In hunc finem non procul Calcedone Ru-
 finus Monasterium stitit curauit, cuius ad imitationem alia
 per multa diuersis in locis erecta fuere, ubi educabantur, unde
 es trahebantur Optimi Ministri Domini. Adm diffici-
 limo in profectibus relata foret innumera pene primiq; Ordinis
